

[Euphemía] nuptiis
generis, virtutum
ac litetatum laude
ornatissimi
juvenis...

Suomalainen, Olaus Georgii

1 Ic Fol. 1610
Henrici/Christophori



National Library
of Sweden



265.

ΕΤΦΗΜΙΑ
N U P T I I S

1

Generis, virtutum ac literarum laude ornatissimi juvenis-Viri, Dn.

GEORGI HENRICI TAVASTO-
FINNONIS DE LIUTTULA,
SPONSI,

Et Castissimæ, lectissimæq; Virginis
HELENÆ,

OPTIMI ET INTEGERRIMI VIRI CHRISTOPHO-
RI BARTHOLLI DE Ainaas SVBIVDICIS IN TAVASTIA
spectatissimi, filia; SPONSÆ

Amicorum suorum dilectissimorum, Ad diem Mensis IXbris, Anno Chri-
sti MDCCX, feliciter, cum in eundem fausti omnis ergo scripta, & ex alma
Vittebergâ missa

Ab

OLAO GEORGI SUOMALÆNIO FINNONE.

Dicite, id, bona verba, & id, bona diu te
verba!
Gaudia sic thalami nunc celebran-
da jubent.
Nunc mihi non raro Juvenis bene-cognitus usu,
GORGIUS HENRICI, festa hymeneja parat.
Quem procul externas judit currisse per oras,
Totq; pericla via & tadia tantapat.
Quam late bene-culta suos Germania fines
Extendit, placuit instituisse viam:
Nec pigritum est, Gallos magno sudore serces
Visere, & italidos rura beata plaga.
Mi quoq; Te comitem placuit prabere suavem,
Mecum & Leucorea visere tecta Schola.
Hospitium ambobus fuit unum atq; una voluntas,
Illic & studijs invigilare datum est:
Nos ubi per solidum ferme unâ viximus annum,
Juncti Penelopes pectore, amore, fide.
Curris per terras procul hinc, prosul inde remotas,
Nec tamen inventa est bella puella tibi,
Cujus amor tacitis tua tangere pectora flammis
Posset, cum quâ in eas fœdera casta tori:
Cui, mihi sola places, mea prima atq; una voluptas
Millibus è multis, ore referre queas.
Sed latuit patrijs Virgo lectissima in arvis,
Fœdere que stabili consocianda tibi.
Virgo verecundo vix tollens lumina vultu,
Et laudem vera virginitatis habens.
Non exosa colo, non lane ignara trabenda,
Grata puella Deo, grata puella tibi.

Filia Christophori est Bartholdi Patris, in Al-
naas,
Præstantis summâ dexteritate Viri.
Illic judicij prudenti à Præsede summi
Huic sacra sunt dubij credita jura fori.
Munus idem Sponsi genitor cum laude peregit,
Nuptiorum ut meritis par sit uterq; parens.
Quidni conveniat Sponsis quoq; rite novellis,
Qui quoq; laude pares & pietate pares.
Tu modo nunc studeas, par est, verè esse, quod
audis,
Omne sic vacuum non tibi nomen erit.
Georgius Agricola est, Tu virib; utere cunctis,
Srenuus ut facias officium Agricola.
Inventum coluisse stude nunc sedulus hortum,
Ut mox eniteat fructibus auricomis.
Gratulor inventum toto tibi pectore agellum,
Det Deus, innumeras ut tibi fundat opes.
Auspicio qui jura bono hac socialia sanxit,
Is sancita bono prosperet auspicio,
Vitricus id mecum, germani patris amore
Quirte, GORGE, fovet corde fideq; rogat,
Qui, quas Finnonicis collegit Aboa sub oris,
Verbi caelestis germine pascit oves.
Sic genitrix pia, cumq; piâ genitrice, tuorum
Portio, Amicorum maxima jure rogat.
Est sua vis voto unanimi de corde profecto,
Junctaq; si quod habet pectora, pondus habet,
Ergo Deus, facilis cunctorû ad vota precantû,
Nostras, queso ratas esse jubeto preces.

Proverb. 19.

Calun caamin ja Zamaran?
Cansa Cardanon amaran /
Peri lahjar lapsucainen

Waimon wahwa-Aukollisen
Miehell Mieli-Zalollisen /
HERNA anda amucainen.

VVITTEBERGAE, Typis Meisnerianis. Anno M.D.C.X.



